



**R. P. Ferdinandi De Castro Palao, Legionensis Soc. Iesv,  
Sacræ Theologiæ Professoris, Et sanctæ Inquisitionis  
Qualificatoris & Consultoris; Operis Moralis, De Virtvtibvs,  
Et Vitiis Contrariis, In ...**

De Virtute Religionis, Et Ei Annexis; Continens quatuor Tractatus  
Theologiæ Moralis præcipuos. Primus, in ordine decimusquartus, de  
Iuramento, & Adiuratione. Secundus, de Voto. Tertius, & chariori Authori,  
de statu Religioso. Quartus, de vitiis oppositis Religioni

**Castro Palao, Fernando de  
Lugduni, 1669**

An iuramentum habeat vim confirmandi contractus factos contra prius  
iuramentum. §. 7.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76572](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-76572)

## De Obligat. & Firmitate Iuramenti.

42

omnia implicentur. At officio indicis succurrunt metum paf-  
fo, & contractus rescinditur, Sanch. lib. 4 de matrimonio  
disputat. 9. num. 5. Gutierrez de matrimonio cap. 76. num. 7.  
Ad secundum concedo illis tantum textibus dati Iuramenti  
relaxationem, & contractus rescissionem ob metum gravem;  
inde tamen non infertur, si metus leuis adit, dari non posse  
relaxationem praecepit eum Textus in cap. sollicitate, & cap.  
accepta de restituzione spoliatorum & Authente. *Sacramenta*  
*puberum*, pro confirmatione contractus, spontaneum Iuramen-  
tum expostulaverint; quod absoluere non est, quod metu  
leui praestitum fuerit. Ad tertium dico metum leuis facili in-  
certi, & faciliter tolli posse, eaque de causa in iudicio non admittit  
actionem, ad rescindendum ea, que illo metu facta fuerint.  
Sed quia in foro conscientia adeit obligatio, ea rescindendi; ea  
de causa Iuramentum relaxati potest.

### §. VII.

An Iuramentum habeat vim confirmandi contra-  
ctus, factos contra prius Iuramentum.

### S V M M A R I V M .

1. Contractus qui seculo iuramento validi sunt Iuramento  
firmantur, etiam si contra prius Iuramentum fiant.
2. Explicatur textus in capitulo dilecto filio de praebendis.
3. Quid de actibus omnem suam firmitatem a Iuramento reci-  
pientibus? Plures censent valere.
4. Quid sentiendum sit, sub distinctione responderetur.
5. Apponitur duplex limitatio superiori doctrina, & reiiciatur.

1. Distinguenda sunt duo actuum genera, primum illorum,  
qui seculo Iuramento firmitatem habent. Secundum,  
qui a Iuramento locutum firmitatem. Si loquuntur de actibus  
seculo Iuramento validis, quorumque valor pendet ex  
sola voluntate dispensentis, validi sunt, & firmi; tametsi priori  
Iuramento adserentes. Et communis sententia, ut videtur est  
in Couare, de partibus 2. p. 5. 2. Gutierrez de Iuram. cap. 1. n. 8. 1.  
Anton. Gon. leg. 53. Tauri num. 58. Matienço leg. 3. Gloss. 13.  
tit. 10. lib. 5. compilation. Sanch. lib. 6 de matrimonio dispe. 13.  
num. 5. & per seum, & lib. 3. in Decal. cap. 12. num. 31. Ratio  
est manifesta: Quia per Iuramentum non admittit iuranti po-  
testas faciendo actum, quem alias valide facere poterat, sed  
solum ne licite faciat; ut probat expeditus. Textus in leg. si quis  
in primo testamento, verbi nemo fit de legitatis 3. ibi. Neque eam libi  
potest legem dicere, ut a priori ei recedere non licet. Exem-  
plis doctrina comprobatur. Primo. Constituiti procurato-  
rem, iurata non invenire, reuocas; tenet reuocatio; quamvis  
perius ex alio, si animo nunquam reuocandi iurasti. Sic Gloss.  
celebris in cap. viii. de procuratoribus in 6. Matienço d. Gloss.  
13. num. 3. Sanch. lib. 6. dispe. 13. num. 5. Gutierrez. num. 80. Anto-  
nius Gomez num. 58. Secundo iurandi pueri sponfalia; con-  
trahisti cum alio matrimonium; actus tenet, ut deciditur ex-  
peditus cap. liceat, de sponfaliis, & tradunt omnes. Tertiò  
promisisti sub Iuramento vendere agnum Petro; vel forte ven-  
didisti; sed non tradidisti; alteri vero vendidisti; & tradidisti:  
Tener hæc sententia venditio, & conflat ex leg. quiescit Cod. do-  
rei venditione & leg. traditionibus Cod. de partibus, & probat  
latae Couare. de partibus 1. p. 8. 4. num. 2. & 4. Decret. 1. p. cap. 5.  
num. 9. & 10. Azor. lib. 1. institutionum moral. cap. 9. quæst. 3.  
Matienço d. Gloss. 13. num. 4. Sanch. lib. 3. sum cap. 17. num. 17.  
Excipliunt Couare, Sanch. & alij, nisi prior cui est res vendita  
sub Iuramento admoneat venditorum extra iudiciale, ut Iu-  
ramentum servet; & de non ferendo appeller apud iudicem  
Ecclesiasticum, tunc enim venditio secunda est nulla, & ut po-  
te facta pendente appellatione. Quartò, communiter adduci-  
tur confessio secundi testamenti aduersus primum iuratum,  
qua ex communi sententia valida est, ut multis allegatis pro-  
bat Couare. in Rubric. de testam. 2. p. n. 5. Gutierrez. de Iuram.  
2. p. cap... à num. 8. Antonius Gomez leg. 3. Tauri num. 95. &  
clarè videtur decidi legi regia 25. tit. 1. partit. 6. ibi. Ningun  
ome pueda fazer testamento tan firme, que no lo pueda des-  
pues mudar, quando gustiere, fada el dia que muera. Non igi-  
tur ex Iuramento non reuocandi testamentum, constituitur te-  
stamentum irreuocabile; aliis exemplis hoc ipsum confirmari  
poterat. Sed haec sufficiant.

2. Solum obici potest. Textus in cap. dilecto filio 25. de pre-  
bend. & dignitat. Vbi occasione electionis duorum ad unum  
canonicatum, & praebendam dicitur. Quanquam interdum hi,  
ad quos spectat electio de communi ascensi augmentare va-  
leant numerum praebendarum; quoddam ius speciale de nouo  
creando; nisi forte statutorum aliquod obviaret, quod effet Iu-  
ramento firmatum; vel cui sedis Apostolice confirmatio ac-  
cesserit: huiusmodi clausula prohibitionis adiecta. Ut si  
quidquam contra id fieret, non valeret. Colligitur ergo ex  
hoc textu Iuramentum reddere actum nullum, qui alias se-

cluso Iuramento validus esset. Validè namque angere numerum  
Canonicorum possent. Ob hanc obiectiōnem plures Doctores,  
quos referit Sanch. lib. 3. sum. cap. 12. num. 33. Conferat actus spe-  
ciales, quorum Laici incapaces sunt, contra prius Iuramen-  
tum factos, nullos esse. Sed certè abique vlo fundamento  
reuocare valide non posset; & iurans non reuocare licetiam  
audiendi confessionem, nulla effet subsecuta reuocatio. Quod  
non est dicendum. Quia Iuramento non admittit facultas va-  
riandi actum alias mutabilem; praecepit cum fatis ritum sit  
Iuramento sequi naturam actus cui adhaeret. Neque argu-  
mentum deflumpum ex cap. dilecto illam vim habet. Nam illa  
verba fuerunt proposita à parte contraria, ad infirmam ele-  
ctionem; quibus tamen non fuit nixus Pontifex, ad illam re-  
firiunt definitam. Pontifex autem illam electionem irritauit;  
quia fuit electi duorum ad vacan praebendam sine divisione.  
Quod erat contra Turonem. Concilium, ibi allegatum. Neque  
Canonici intenderant praebendam diuidere, & numerum au-  
gere; fortè id non poterant, neque ex texu contrarium collig-  
itur. Neque Pontifex definit an si Canonici Iuramentum pra-  
ficiissent, non augendi numerum; sibi praediudicare possint; sed  
id intactum reliquerint. Sed gratis concessio, quod ad legationem  
illam Pontifex approbat, & ob eam caslam infirmare elec-  
tionem dicendum esset, non potuisse illos Canonicos numero  
num Augenciorum angere; non quia aduersus Iuramentum de  
num Augenciorum procedebant; sed quia procedebant aduersus statu-  
tum in favorem Ecclesie & boni communis a se factum; cui  
derogare non poterant. Duplicitur quælibet communis (in-  
quit Couare, de partibus 1. p. 5. 2. num. 5. vers. ego vero) statute  
potest, prima in sui utilitatem, alterius, seu boni communis,  
priori statuto, etiam Iuramento firmato; & à Papa confirmato  
derogare poterit ex cap. cum accessoriis de constitutionibus.  
Imo etiam si effet cum clausula irritante ex Texu in cap. fa-  
tum §. in nullo, & §. ultimo de rescriptis in 6. Vbi permis-  
tur eis, in quorum favorem latum est decreterum cum clausula  
irritante derogare. Consernit Sanchez lib. 3. sum. cap. 15. n. 6.  
Secundo statutum potest in favorem boni communis, cui statu-  
to nequit communitas derogare. Quia ratione iuriis acquisiti  
sibi sublata est potestas alteri disponendi. Sic Sanchez & Couar.  
supr. Sit ergo certum actum alias validum non reddit insitum  
ex eo, quod fiat contra Iuramentum.

3. Verum si de actibus, qui omnem suam firmitatem acci-  
piunt a Iuramento, fermi sit, maior est dubitatio; an si fuit  
contra prius Iuramentum validi sint, & firmi Iuramento con-  
firmati. Verbi gratia iurati, non alienare fundum dotalem  
neque hereditati paternæ renunciare alienati; vel renunciasti  
Iuramento alienationem & renunciationem factam confirmasti,  
eritio alienatio vel renunciatio valida?

Graues Doctores censent, valere. Si Antonius Gomez  
leg. 53. Tauri num. 58. Suarez lib. 2. de Iuramento cap. 30. &  
num. 4. & eam probabilitate reputat. Sanch. lib. 3. in Decal. 12.  
num. 38. Mouentur: quia ex Iuramento priori non alienandi,  
non est tibi sublata facultas alienationis facienda & Iuramen-  
to confirmanda. Nam Iuramentum prius solus videatur ex im-  
pedire, alienationem licite facere; non tamen si facias quod  
valida sit. Nam si aliqua ratione id impedit posset, est: quia  
impedit vires Iuramenti necessarij ad valorem alienacionis. At  
Iuramentum non alienandi, non contradicit Iuramento non  
reuvocandi alienationem factam. Aliud enim est, alienare alio  
non repetere alienationem. Ergo Iuramentum non alienandi  
non contradicit Iuramento, de non repetendo alienacionem.  
Ergo non impedit eius vires.

4. Pro resolutione adiuste; tripliciter posse mulieres Iu-  
ramentum facere, non alienandi fundum dotalem non donandi  
conungi; non renunciandi paternæ hereditati. Primo in grati-  
tiam & favorem hæredem, & successorum. Secundo in hono-  
rem Dei, ut inde aliquas elemosynas, & pia opera præstent.  
Tertio in propriam utilitatem, ut commodissim videntur.

Si in propriam utilitatem primum Iuramentum factum est,  
censeo verisimilium esse, alienationem factam validam esse; &  
abque vlo periorio Iuramento confirmari, quia actu plo aliena-  
tionis renunciare Iuramento, quod in cui utilitatem præstisti;  
& confetur enim factum esse hæc tacita conditione: nisi  
contrarium tibi veile esse judicaueris. Si Sanchez lib. 3. sum.  
cap. 12. num. 39. in fine. Antonius Gomez leg. 52. Tauri num. 58.  
Et idem est si Iuramentum, de non alienando, factum sit in  
gratiam hæredum, & successorum, & non sit acceptatum. Nam  
ante acceptationem reuocari pro libito potest; & ipsam aliena-  
tionem confetur reuocatum. Sic Sanch. illo cap. 12. num. 39. Et  
consentit ex parte Suarez, quatenus confetur alienationem val-  
idam esse; contradicit tamen, sed immixti; in eo quod ex-  
stimer, penitus committi in sic alienando.

Vetum si Iuramentum non alienandi, in gratiam alterius  
factum sit, & ab eo acceptatum. Communis sententia defea-  
dit, alienationem inutilitatem esse, inutilitatem Iu-  
ramentum, eam confirmans. Si tamen post alios relatos Couar.  
de partibus 1. p. 5. 2. num. 4. Gutierrez. de Iuramento 1. p. cap. 1. num. 57.

○

*ibidem cap. 3. num. 14. Suarez lib. 2. cap. 30. num. 10. Antonius Co-  
mez lego 52. Tauri num. 58. vers. 1. Sanch. lib. 6. de matrimonio  
disp. 13. num. 6. lib. 3. sum. cap. 12. num. 39. Bonacina tom. 2.  
disp. 4. punct. 6. in fine. Ratio est clara; quia alienatio vices ha-  
bete non potest, nisi iuramento firmetur. At alienatio praieu-  
dicante tertio firmatur non potest iuramento; cum iuramentum  
non obliget in tertio praejudicium, cap. quamvis padum de  
padis in 6. Ergo illa alienatio, quae est contra iuramentum,  
non alienandi, vites habere non potest. Vt pote praejudicans  
tertio, cui est ius questionis ex iuramento accepto. Hac ratio  
concupiscit, esto solum simplici promissione acceptata oilius garus  
elles, non alienandi; quia iam alienatio credit in praejudicium  
tertii; & conquequeretur iuramentum illam confirmans. Sic  
Covarrubias Sanch. Sua*sapra*.*

At si iuramentum, non alienandi, intuitu pietatis praefi-  
ciles: credo probabiliter, alienationem inualidam esse: quia  
est inualidum iuramentum illam confirmans. Sic exprefse  
Sanch. lib. 6. disp. 13. de matrimonio, n. 5. Bonacina Couart.  
Gutierrez. & alij. Generaliter loquentes non valeat alienatio-  
nem; neque iuramentum contra pritis iuramentum. Ratio est:  
quia alienatio ad sui firmatum indiget iuramento, sed iura-  
mentum firmare non potest alienationem iniquam, & illuc itam;  
non enim iuramentum est vinculum iniquitatis. At illa aliena-  
tion iniqua est, vt pote contra iuramentum facta. Ergo firmare  
non potest illam alienacionem; quid enim est firmare aliena-  
tionem, nisi veile, & promittere alienacioni perfidie? Sed  
iurare perfidie alienacionis iniquae, est iniquum. Ergo non  
potest esse iuramentum obligatorium. Addit: Non solum aliena-  
tionem contraria esse priori iuramento; sed etiam ipsum  
secundum iuramentum, & ipsius immediatum obiectum. Nam  
iurare non alienare iurat, se non facturam alienacionem ver-  
am, & validam. Sed alienatio vera, & valida continet esen-  
tia liter, tum alienacionem, tum iuramentum alienationi non  
contraenundi. Ergo non solum materialiter alienatio, sed iura-  
mentum, non contraenendi alienationi, contrariatur de-  
re& priori iuramento; ac proinde committitur perjurium.  
Nequit ergo ex perjurio alienatio confirmari.

5. Duplicit superior doctrina limitari soler, primò: ne  
procedat, cum is, in cuius fauorem præfas alienacionem,  
inquinibliter ignorat, & iuramento obstrictum esse, ad non  
alienandum. Quod in dubio presumendum est. Nam aguum  
non est, vt absque culpa careat viabilitate alienacionis illiusque  
valore, & fructu. Sic Antonius Gomez lego 52. Tauri num. 58.  
Antonius Gag. in communibus opinioneibus lib. 2. tit. de iurie  
et iuramento concilio 1. num. 6. & alij plures relati a Sanch. lib. 6. de  
matrimonio disp. 13. n. 7. & lib. 3. sum. cap. 12. n. 42. Gutierrez de  
Iuramento 1. p. cap. 1. num. 88. Dicens non esse ab ea receden-  
dum in iudicando, & consulendo; esto in rigore contraire ve-  
rior sit, ut iurare optime hanc limitationem retinatur Couart.  
de paf. 2. p. 5. 2. num. 4. Seraphinus de priuilegiis iuramenti  
privileg. 75. num. 5. Mariengo lib. 5. compilation. rit. 10. leg. 3.  
Gloss. 13. num. 9. Sanch. loca allegatis, & alij apud ipso. Quia  
ignorantia illius, in cuius gratiam præfas alienacionem, im-  
pedire non potest perjurium, quod in alienando committit.  
Quo stante nequii alienatio confirmari.

Secundò limitatur, ne procedat cum malitiis priori iura-  
mente obstrinxisti; vel dolo taciti tempore alienacionis.  
Nam tunc ratione dolii committi contractus firmatur. Sic Ma-  
tienco Couart. & Gutierrez. *sapra*, & addi Gutierrez illi c. 1.  
num. 89. Est optimam cautelam in iis alienacionibus, alienan-  
tem cogere, iurare non solum alienacionem; sed quod iura-  
mento obstrictus non sit ad non alienandum. Nam posito hoc  
iuramento dolose procedit, si forte iuramento innuerit ob-  
strictus; & conquequeretur alienatio confirmabitur. Ceterum  
omnino dicendum est, alienacionem firmam non esse; quia  
huiusmodi dolus non saluat, à perjurio alienacionem, & iura-  
mentum ei appositum. Bene tamen ratione dolii obligatur alien-  
ans ad intentio; sicut si alienatio effectum haberet. Sic  
Sanch. lib. 3. Deccal. cap. 12. num. 41. in fine.

## P V N C T V M X.

Vtrum tanta sit obligatio iuramenti, vt non  
detur locus compensationi?

## S V M M A R I V M .

1. Propositor prima sententia negans te posse uti compensa-  
tione.
2. Communis est sententia affirmans.
3. Limitant aliqui, ut procedat in debitis post iuramenti obliga-  
tionem contractis, secūs in contractis tempore iuramenti.  
Non admittitur limitatio.
4. Quid se expressam intentionem haberes non utendi compen-  
satione? Alij affirmant. Alij negant, conciliantur.

5. Fit satis argumentis num. 1. prepositio.  
6. In quibus rebus non detur locus compensationi?

Punctum difficultatis in eo versatur: an promittens sub iu-  
ramento pecuniam solvendam viri possit compensatione  
tanquam debiti, & sic exculari à solutione & à perjurio.  
1. Prima sententia & sat communis negat. Sic Innocent.  
Ioann. Andreas, Anton. Felius, & alij in e. administrat. el. 1.  
de iure iurando quos refert & sequitur cum aliis pluribus  
Gutierr. 3. p. de iuramento cap. 6. num. 5. & 7. varis rationibus  
cam probant.

Primo ex texu (qui videtur expressus) in cap. ad nostram  
de iure iurando el. primo. Vbi accipientes mutuo pecuniam,  
& concedentes creditori in pignus quoddam possessiones, iu-  
ravunt, nullum grauamen se esse illaturos circa eas possessiones,  
& redditus, quo r̄sque ei mutuata pecuniam persoluerent. Quo  
iuramento non obstante antequam creditor mutuata pecu-  
niam perceperet, excommunicatio coactus est; possessiones,  
& redditus in pignus sibi datos reddere mutuarii. Summus vero  
Pontifex mandauit Archiepiscopo Rothomagen. qui censuram  
tulit, vt cum a sensu absoluti, accepta pritis ab eo suffi-  
ciente cautione, quod eius mandato statuit. Deinde impetravit,  
vt mutuarii restitueret redditus, & possessiones mutuarii, quo-  
unque pecunia mutuata persoluerat; ne in perjurio perfuerent  
mutuarii mutuarii inferentes. Postremo præcipit, vt post  
quam pecunia fuerit integrè solita, mutuaremoneat, vt  
quidquid ultra fortem constituerit, receperisse id totum mutu-  
arii restituat. Quod si patere noluerit; iterum excommunicatio  
sententia innotetur; quovsque opere compleat. Hec in  
illo cap. Ex quo videtur inferri, iuramentum absolute solvere de-  
bitum, vt non posse compensationem; neque ei in debitis iura-  
tis suffragari posse hanc exceptionem. Si quidem iis mutuariis  
non permittitur computare in fortem fractus, quos mutuans  
ex pignore sibi dato receperit; sed eis præcipitur pecuniam sol-  
vere, sicut iurarunt. Et postea quod repetere possit, quidquid  
ultra fortem constituerit, mutuarem receperisse.

Secundò probatur ex Glossa communice approbata in *leg. 5*  
pecuniam verbo necesse habere ff. de conditionibus cau. dat. Vbi  
obligatus ad factum sub iuramento non satisfacit si præster in-  
teresse. Quia interesse non venit ex natura primordialis obliga-  
tionis, sed ex mora. Ut multis comprobatur. Court. de paf. 1.  
p. 6. num. 6. Antonius Gomez 2. som. variarum cap. 2. num. 10.  
Gutierr. 1. p. de iuramento cap. 39. num. 6. At debitum com-  
penſandum non venit ex obligatione iuramenti, sed ex alia  
obligatione distincta & iuramento accidental. Ergo obliga-  
tio iuramenti cum illo debito compensari non potest.

Tertio non potest iuramento per seipsum impleri; sed  
necessariò videtur implendum in specifica forma; eo quod ne-  
mo obligatur rem suam, seu sibi debitam commutare. Quapropter  
in §. 1. in fine, quibus modis solvatur obligatio, dicitur  
obligationem tolli soluto eo, quod debetur, vel dando aliud  
pro alio consentiente creditore. Ergo à contrario sensu non  
consentiente creditore; etiam si debet aliud pro alio, non solvi-  
tur. Ergo iurans solvere centum sibi mutuata, non solvit re-  
mittendo alia centum creditore non consentiente. Ergo iura-  
mento compensatione non satisfacit. Confermo, compensatio  
non est, sed facta quadam solario vt solvatur Pomponius  
lego 3. ff. de compensationibus ibi. Interest nostra potius non  
solvere quam solutum repetrere. Sentit ergo confutus, com-  
pensationem solutionem non esse. Confermo secundò: in de-  
betis priuilegiatis, vt in deposito non admittitur compensatio,  
leg. penitus. Cod. de depositionibus leg. ols. Cod. de compensationi-  
bus cap. fin. §. sane de depositionibus leg. 27. ad finem iii. 14. par-  
tita 5. Ergo signum est, non esse veram, & propriam solutio-  
nem. Deinde depositarius viri non potest compensatione pro-  
pet maximam fidem, quam tenetur deponenti feruare, vt dixi  
Gloss. in leg. ob negotiorum ff. de compensationibus. Ergo à for-  
tiori iurans viri nou poterit compensatione; cum maiori & no-  
biliori fide teneatur. Deo promulsum feruare.

Quarto si compensatione efficit locus in debitis iuratis; qui  
sub iuramento promisit, & futuram soluere; posset viri compensa-  
tione; si non omnino antecedenter, tamen cum medium quanti-  
tatem virarum soluisse, v. g. Promisisti centum virarum  
soluis quinquaginta: posset viri compensatione, & non solue-  
re alia quinquaginta. Contrarium autem. Videretur constare ex  
cap. debitorum de iure iurando, & alij s. p. repetitis. Vbi iurans  
soluere viras, ne perjurio exfallat, refutatur, cas. in integrum  
soluere, & posset potest repetrere, si velit. Non ergo in debi-  
to iurato admitti potest compensatione.

2. Verum affirmatur sententia, iuramentum scilicet soluere  
debitum, posse viri compensationem; eamque exceptionem ap-  
ponere posse, cum debitum soluere imperatur, defenditur  
communice à Legistis & Theologis, mihi probabiliter vide-  
tur. Sic Bartol. lego amplius, ff. rem ratiam habere. Panormita-  
nus in sapientia cap. ad nostram. Baldus Cumanus, Faber. &  
alij quos refert & sequitur Court. de paf. 1. p. 5. n. 9. & 10.  
Petrus Nauar. lib. 3. de restitutione c. 1. far. 4. dub. 9. num. 341.